

QVANTVS QVALISQVE
HOMENAJE AL PROFESOR
JESÚS LUQUE MORENO

Francisco Fuentes Moreno • Marina del Castillo
Herrera • Pedro Rafael Díaz Díaz • Carmen Hoces
Sánchez • Manuel Molina Sánchez
(Eds.)

GRANADA

2 0 1 6



INSTITUTO
DE ESTUDIOS
HUMANÍSTICOS



FAEC
FEDERACIÓN ANDALUZA DE ESTUDIOS CLÁSICOS

© LOS AUTORES

© UNIVERSIDAD DE GRANADA

Campus Universitario de Cartuja

Colegio Máximo, s.n., 18071, Granada

Tel.: 958 243930-246220

Web: editorial.ugr.es

ISBN: 978-84-338-5872-6

Depósito legal: Gr./174-2016

Edita: Editorial Universidad de Granada

Campus Universitario de Cartuja. Granada

Fotocomposición: María José García Sanchis, Granada

Diseño de cubierta: Francisco Vega Álvarez

Impreme: Gráficas La Madraza. Albolote. Granada

Printed in Spain

Impreso en España

Cualquier forma de reproducción, distribución, comunicación pública o transformación de esta obra sólo puede ser realizada con la autorización de sus titulares, salvo excepción prevista por la ley.

ÍNDICE

PRÓLOGO	XIII
<i>Datos biográficos e historial académico y profesional</i>	XV
<i>Bibliografía de Jesús Luque Moreno</i>	XXIII
<i>Testimonia</i>	XXXV

STVDIA

ALCINA ROVIRA, Juan Francisco <i>Manuscritos de la Biblioteca de Benedicto XIII en Peñíscola identificables entre los códices latinos de Antonio Agustín</i>	3
ARIAS ABELLÁN, M. ^a Carmen <i>Observaciones sobre la sintaxis de la toponimia en el Itinerario de Egeria. . .</i>	13
BELTRÁN CEBOLLADA, José Antonio <i>Algunas observaciones desde la métrica a Marcial XI 20.</i>	23
BERMÚDEZ RAMIRO, Jesús <i>Horacio en el Comentario a la Poética de Francesco Robortello. Preceptos y consejos a los autores de tragedia.</i>	33
BIVILLE, Frédérique <i>Ce que les romains ne pouvaient pas dire.</i>	43
CALVO MARTÍNEZ, José Luis <i>El "Papiro Philinna". Una nueva interpretación</i>	53
CARANDE, Rocío <i>Los latines de Castillejo</i>	65
CASAS OLEA, Matilde <i>Tú eres mío y yo tuyo. Interpretación y trascendencia de una fórmula de compromiso</i>	81
CASTILLO HERRERA, Marina del <i>Rēpleo, ¿heterosilabismo de muta cum liquida tras preverbio terminado en vocal?</i>	93

CECCARELLI, Lucio <i>Nota sull'iperbato del tipo ... nervos ... meos nel pentametro di Ovidio ...</i>	107
CHAPARRO GÓMEZ, César <i>Entre los 'papeles' del jesuita Faustino Arévalo: dos poemas referidos al P. Ramón Viescas</i>	117
COSTAS RODRÍGUEZ, Jenaro <i>Martinus Oppaviensis, fuente directa en el tratado noveno del De Preconitiis Hispanie, de Juan Gil de Zamora</i>	127
DÍAZ DÍAZ, Pedro Rafael <i>El tratado De arte musica indebidamente atribuido a Santo Tomás de Aquino (Traducción y Notas)</i>	145
DOMINICY, Marc <i>Metrical Notes on Stephen J. Heyworth's Propertius</i>	177
FUENTES GONZÁLEZ, Pedro Pablo <i>Sereno, un 'gramático' memorialista en la tradición del estilo serio-cómico</i>	187
FUENTES MORENO, Francisco <i>Instrumentos musicales e instrumentistas en el Satiricón de Petronio</i>	197
GARCÍA HERNÁNDEZ, Benjamín <i>El preverbio ob- en perspectiva diacrónica. Los significados adverbiales ('detrás', 'encima', 'enfrente')</i>	209
GIL, Juan <i>Notas críticas a escritores castellanos</i>	217
GONZÁLEZ ROLÁN, Tomás–SAQUERO SUÁREZ-SOMONTE, Pilar <i>El De amicitia ciceroniano romanizado durante el siglo XV: un nuevo y valioso testimonio castellanizante de la versión aragonesa</i>	223
GUTIÉRREZ GALINDO, Marco A. <i>A propósito del DECOTGREL: retos técnicos y metodológicos en la lexicografía técnica latina</i>	239
HOCES SÁNCHEZ, M. ^a Carmen <i>Ῥυθμός y numerus en los poetas latinos</i>	249
ISO, José-Javier <i>Loci religiosi y su conexión con religio</i>	259
LÓPEZ CALAHORRO, Inmaculada <i>Horacio en los versos de José Hierro</i>	269
LÓPEZ FÉREZ, Juan Antonio <i>Fedra, de Unamuno: precedentes literarios, algunos elementos recurrentes, el mundo divino, innovaciones</i>	277

LÓPEZ-MUÑOZ, Manuel <i>El Latín y la competencia traductora en los grados de Filologías modernas . . .</i>	287
LÓPEZ RODRÍGUEZ, Concepción <i>Æi es el tiempo de Electra</i>	299
LÓPEZ, Aurora–POCIÑA, Andrés <i>Para una nueva lectura de La tumba de Antígona de María Zambrano .</i>	309
MACÍAS VILLALOBOS, Cristóbal <i>Symbolismo y seres híbridos en los textos antiguos: el caso del mulo.</i>	317
MADRID CASTRO, Mariano <i>Apuntes sobre vías de entrada de la obra de Baptista Mantuano en España . .</i>	333
MAESTRE MAESTRE, José M. ^a <i>Incorporación del Cod. Vat. Lat. 1043, propiedad de Rodrigo Sánchez de Arévalo, a la Biblioteca Apóstolica Vaticana a través del cardenal Juan Bersarion</i>	349
MAGALLÓN GARCÍA, Ana-Isabel <i>Cicerón y las razones de su autobiografía</i>	361
MARINA SÁEZ, Rosa M. ^a <i>Poesía dedicatoria latina en obras publicadas por la imprenta universitaria oscense (s. XVI-XVII)</i>	371
MARTÍNEZ FERNÁNDEZ, Ángel <i>Dos inscripciones griegas inéditas de época helenística de Aptaera</i>	381
MAYER I OLIVÉ, Marc <i>Una vez más sobre los dos epigramas de Domicio Marso sobre Atia, madre del emperador Augusto.</i>	391
MELLADO RODRÍGUEZ, Joaquín <i>Reminiscencias eurípideas en los discursos de Dido y Ana (Aen. IV 9-53)</i>	409
MOLINA SÁNCHEZ, Manuel <i>De traducciones, glosas e imitaciones: la recepción de la Heroida I de Ovidio en las versiones de Alfonso X el Sabio, Juan Rodríguez del Padrón y Diego Mexía de Fernangil.</i>	419
MUÑOZ MARTÍN, M. ^a Nieves–SÁNCHEZ MARÍN, José A. <i>Sobre el mar en la Poética de J. C. Escalígero</i>	429
PASCUAL BAREA, Joaquín <i>Carmina a Benedicto Aria Montano voce et fdibus modulata</i>	447
PINO CAMPOS, Luis Miguel <i>Un poema latino de Juan de Solórzano: aproximación a sus fuentes.</i>	461

PLAZA PICÓN, Francisca del Mar <i>Los esquemas del hexámetro dactílico en el De Metris de Aldhelmo</i>	471
QUIROGA PUERTAS, Alberto J. ¡Vencísteme, Galileo! <i>Figuras del paganismo tardo-antiguo en El cardenal de Belén de Lope de Vega</i>	483
RAMÍREZ DE VERGER, Antonio <i>La alegría de Baco: una nota textual a Tibulo I 7, 40</i>	491
RIVERO GARCÍA, Luis <i>A propósito de Ov. met. 13, 133-134</i>	495
RODRÍGUEZ-PANTOJA, Miguel <i>Los yambos epódicos de la Appendix Vergiliana: Catalepton XIII</i>	501
SALAS SALGADO, Francisco <i>Los sabinos en Livio</i>	511
SALVADOR VENTURA, Francisco <i>Un pensador entre dos mundos: Agustín de Hipona según Roberto Rossellini</i>	523
SÁNCHEZ MANZANO, María Asunción <i>La tradición humanística en Fundamenta stili cultioris de Heineccius</i>	533
SÁNCHEZ SALOR, Eustaquio <i>El Ars versificatoria de Mateo de Vendôme y los poetas goliardos del siglo XII</i>	549
SANTANA HENRÍQUEZ, Germán <i>La tradición clásica en la producción literaria de Torres Naharro II (resto de comedias y Diálogo del Nacimiento)</i>	561
SILES, Jaime <i>Notas a la inscripción lusitana Arroyo de la Luz III</i>	571
SOLANA PUJALTE, Julián <i>Sebastián de León, secretario de humanistas y proveedor de libros</i>	587
TALAVERA ESTESO, Francisco J. <i>Lectura de la égloga del humanista Juan de Vilches</i>	599
URBÁN, Ángel <i>La coordinada modal en los cuatro discursos diogénicos de Dión de Prusa (Or. 6 y 8-10)</i>	613
VALVERDE ABRIL, Juan J. <i>La transmisión textual de la epístola latina de Sepúlveda a Felipe II (Sepulv. epist. 3,6)</i>	625
TABVLA GRATVLATORIA	639

CARMINA A BENEDICTO ARIA MONTANO
VOCE ET FIDIBVS MODVLATA *

IOACHIMUS PASCUAL-BAREA
Universitas Gaditana

BENEDICTUS Arias Montanus in fingendis versibus Latinis adeo promptus et facilis fuit, ut qui plus quam triginta milia versuum conderet, nec musicam quidem artem contempsit, quippe qui cantaret et psalleret scienter. Quod cum vix sit notum, atque mea quidem sententia cum eius vita et carminibus et commentariis in libros sacros sit coniunctum, hoc scriptum ad eius musicam exercitationem spectabit. Dum pueritiam in natale solo agebat, cum pater vocis suavitate et musicae peritia excellisset, Benedictus eius voce cantuque dulcissimo iam admodum oblectabatur (Arias 1569, p. 137; Pérez 1995, p. 281): *Non homini vox talis erat, non dulcior ulli / cantus.*

Ac tredecimo fere aetatis anno patre orbatus, inde ab anno 1545 usque ad annum 1547 exeuntem in Universitate Hispalensi studiis artium liberalium incumbuit. Iam a primis annis et psalmos et hymnos aliaque carmina sacra canebat, cum universa Ecclesia Dei omnibus aetatibus canere instituisset, atque festis diebus in sollemnibus sacris psalmodiarum lectionem et cantum planum edere soleret. Sicut Achilles Chironem in Pelio, sic Aria Ioannem Chirosium Hispali habuit artis poeticae praeceptorem, quem in sacris templis psalmos commendantem eosdemque mirifice canentem versibus 9-10¹ laudavit: *Carmina et ipse sacra hunc recinentem saepe videbam / et stupui, psalmos dum canit ille tuos.*

* Hispanicum Institutionis et Scientiae Ministerium stipendium (DGICYT FFI2012-31097) praebuit, cuius subsidio hunc commentarium conscripsi.

1. Arias (1573, pp. 23-26) *Ad vatem Davidem Elegiacum carmen* et adn. in p. 23 qua indicatur Iohannem Chrosium poeticae disciplinae Montano praeceptorem fuisse; (Charlo 2002, pp. 671-686).

Montanus carmine iuxta auctoris laureati effigiem in pagina liminari Chirosii libellum Hispanicum cui titulus *Christopathia* anno 1552 ineunte Toleti editum commendaverat (Quirós 2004, p. 158). In *Rhetoricorum* libro tertio praeceptoris cantus Hispanicos iterum laudavit, quos *Humanae monumenta salutis* in versu 268 nominavit (Pérez 1995, p. 119, et adn. 22). Montani liber *Humanae salutis monumenta* inscriptus, qui sedecimo et vicesimo saeculo pluries editus est, *Christopathiae* argumentum complectitur. Discipulus autem in sui libri fronte, non suam sed Christi effigiem praebuit, cum eundem libri auctorem, se interpretem tantum autumaret, qui novis rhythmis eius opus cantaturus esset. In huius operis oda sexta Benedictus fidem laudat (Navarro 1990-91, pp. 439-453) ab eodem loco quo praeceptor eandem in cantu sexto ad finem laudaverat. Eius hendecasyllabi sapphici accentum recipiunt in eisdem locis ac in praeceptoris versibus Hispanicis (Pascual 2006, pp. 125-149). Accentus enim imprimis sequebatur in versibus pangendis, antequam vocalium quantitatem comprobaret et nonnumquam in schedis emendaret (Pascual 1999, p. 755). Chirosii opus, duo milia octingenti viginti et quattuor versus hendecasyllabos continens, dispertitum est in cantus septem, qui paulo longiores sunt quam qui illo tempore continenter decanterentur. Discipulus tamen humanam salutem brevibus carminibus Latinis septuaginta cecinit (Navarro 1996, pp. 1027-1039):

Christo liberatori s.

Christe, tuas laudes, tua magna negotia, parvi
 Aggredimur brevibus dicere carminibus.[...]
 Tunc animis fidibusque novis, meliora feremus
 Carmina, de donis munera nata tuis.

10

Montanus cithara ludebat, dum studiis Compluti operam dabat, ubi ipse anno fere 1551 psalmum duodecimum citharae tam feliciter aptavit et cantavit ut animi aegritudinem sanaret. Quod in eiusdem psalmi commentario anno 1592 in mentem revocat Petro Diezio Leoni veteri sodali amicissimoque, quicum eadem in domo agebat (Arias 1605, p. 99; 1999, I, p. 286):

Cum vero et medica, quae scripta extant, remedia frustra tentata essent, et complura alia, quae ipse cepissem, consilia, eademque identidem mutata; unum mihi opportune succurrit, atque adeo unicum, cuius frequenti usu atque attenta exercitatione ex divino beneficio liberatus, demum illo evasi morbo, ut certissime crediderim, in eadem, qua ego tum agebam, conditione aliquando positum Davidem psalmum hunc composuisse, magnoque suo cecinisse bono: quem ego citharae, qua tum temporis nonnihil ludebam, meditatus et frequentius repetens aptavi fidibus, mali solamini

primis in diebus, ac tandem levamento et medicinae efficaci, mihi cogitanti repertum et probatum; et quamplurimis postea amicorum, quos persimilis tentarat aegritudo, magna cum utilitate usurpandum persuasi.

A pueritia usque ad vicesimum et quintum aetatis annum in probatissimorum poetarum lectione et imitatione cum summa voluptate et maximorum ingeniorum admiratione adeo versatus erat (Arias 1571b, p. 377), ut in Academia Complutensi anno 1552 primus in certamine apud Hispanos poetarum lauream adeptus sit (Pascual 2012, pp. 776-782). Postquam vero ad sacrarum litterarum studia demum animum appulit, poemata sacra praesertim in vario carminum genere composuit.

Ars cantus plani solus liber de musica ante annum 1554 fuerat Montano (Gil 1998, p. 180), sed imprimis ei cordi fuerunt modi musici recentiores ad lyrae fides aptati ut ubique decanterentur, quales Ludovicus Milán anno 1536, Ludovicus Narváez anno 1538, et praesertim Ildephonsus Mudarra canonicus Hispalensis anno 1546² praeter alios prelo mandaverant, quibus ipse puer et adulescens artis musicae elementa discebat. Notandum autem est Mudarram, qui etiam opus unum harpae edidit, primum in Europa Hispali anno 1546 ad chelyn Tartessiam seu citharam Hispanicam modos musicos edidisse, eundem metro atque verbis musicam opportune aptasse, atque syllabas longas in versibus Latinis longiore tempore protulisse quam breves (Griffiths 2000, pp. 855-858; 2001, p. 357; 2003, pp. 11 et 20).

Sicut miles Garsi Lassus, theologus Montanus, qui inter primos extitit poetas qui Lassianos versus et rhythmos Italicos imitati sunt (Gómez-Núñez 2001), fuit poeta simulque cantor et fidicen. Lassus veteros deos, patriam, familiam, amicos et amores cecinerat (Lassus 1989). Montanus autem argumenta Theologiae et Poesi eadem autumabat esse, cum Deus Davidi regi ceterisque vatibus et sacrorum librorum scriptoribus per eundem spiritum carmina aliaque verba olim dictasset.

Montanus anno 1554 carmine liminari Hispanico Michaellem a Fuenllana musicum et fidicinem ad caelum summis laudibus extulit, quippe qui dulcia fila movens caelestis musicae indicium in terra monstraret. Ex Boscani carmine Hispanico quodam hendecasyllabis pacto Michael sex versus primos tantum sub tabulis musicis excrispsit, cum ceteri eadem modulatione essent cantandi (Fuenllana 1554, p. CLXVIII). Qui versus sex in eisdem syllabis accentum recipiunt ac Chirosii aliorumque hendecasyllabi Hispanici et Latini, scilicet et in quarta, et aut in sexta aut in octava aut in

2. Mudarrae librum Ae. Pujol denuo Barcinone anno 1949 et iterum 1984 edidit.

utraque, et in decima syllaba. Chirosii igitur carmen simili modulatione atque sociata nervorum concordia eadem qua Boscani versus apte decantari poterat, praesertim cum utrumque carmen narrationem pertractaret miserabilem. Eisdem accentibus proferuntur Sapphici hendecasyllabi hymnorum quos Chirosius in sacro templo Hispalensi coram Montano recinebat, carmina Montaniana strophis Sapphicis ante annum 1571 condita, nec non psalmorum duodevicesimi et quadagesimi quarti paraphrases Hispanicae a Iosepho Segontino Montani discipulo conscriptae (Cuevas 1982, pp. 150-151; Núñez 1993, pp. 362-364). Alii poetae etiam ex Montani paraphrasibus Latinis psalmos in carmen Hispanum verterunt.

Etenim plurimi scriptores odas aliaque carmina et paraphrases saepe pangebant, ut modis musicis decanteretur eisdem ac vulgatissimae tunc cantilenae (Cuevas 1972, pp. 343 y 347; Schäfer 1976, p. 262). Praeter alios Michael a Cervantes in Historia Domini Quixoti carmen scripserat simile Lassiano carmini cuidam quod Ildephonsus a Mudarra una cum notis musicis in lucem ediderat³. Ergo hymni, odae ceteraque carmina lyrica, quae Montanus generibus metri eisdem ac cantiones illa aetate celeberrimas plerumque pepigerat, ad lyrae sonos aliis carminibus compositos modulari poterant.

Cum lingua Latina et ars musica Christicolis omnibus essent communia, Montanus in versibus condendis inde ab anno 1562 lingua Latina tantum et metro fere lyrico usus est. Anno 1570 Gabrieli Sayae sibi amicissimo atque intimo Philippi regis consiliis Belgam adulescentem undeviginti annos natum commendabat ut famulum acciperet, quippe qui praeter alia merita Latine expeditissime loqueretur, atque testudine et clavicymbalo luderet⁴.

Montanus, qui sibi proposuerat de musicae usu et exercitatione amplius et exactius disserere, ex psalmis aliisque Sacrae Scripturae locis saltem indicavit cantum laetitiae vel gratulationis vel plausus causa suscipi; musicae autem exercitationem laetitiam, pacem, quietem et otium indicare, etsi aliquando homines delitiis corrupti musicae abusi essent (Arias 1571c, pp. 94 et 100; 2006).

In quorundam Montani carminum praefatione eius discipulus Petrus Valentiae scribit poesin esse orationem ornatam et sublimem, ad musicae usum aptam, grandioribus rebus dicendis et maioribus animi sensis exprimendis opportunam; ab inimicis poemata his verbis defendit et poseos musicaeque exercitationem lectori commendat (Arias 1593, pp. 5-10):

3. Pastor (2005, pp. 18-20), in libello edito una cum disco compacto cantus XXII continente.

4. Arias (1862, pp. 184-187), qua in epistula instrumenta quae testudinem et clavicymbalum Latine voco, Hispanice appellantur *laúd* et *tecla* (p. 185).

Verum nil mali ex poesi musiceve tunc accedit [...] Atque qui furentem animum cantu mulcet et mitigat, atque qui carmine conqueritur, modum ponit querelis. Namque et in hunc maxime usum harmoniam, quae mente cognata sit atque germana, a Musis concessam Plato (in Timeo) ait, ut inconcinnos ac perturbatos animi motus ipsius ope et auxilio persuasos et cicuratos in ordinem et congruentem ornatum redigere possimus. [...] Si quando autem cantandum fuit, hoc maxime novi foederis aureo seculo cantare exultareque decet, et oportet.

Montanus dulcem citharam sacramque lyram prae ceteris maluit instrumentis, cum earum soni tenuibus numeris mollibusque modis melius convenirent. Lyram enim cuilibet cantui iunctam instrumentum habebat omnium aptissimum ad animae sensus exprimendos, ad delectandos et movendos animos, atque ad aerumnas curasque levandas. Cum ad cantum et musicam sua carmina nonnumquam destinaret, lyrae nervos argutos et blandas cytharae fides in ipsis versibus⁵ memoravit:

In Amos carmen ex voto

Consuetis iuvat et modis,
Et mixto fidibus carmine reddere
Votivum superis sacrum;
Quale et Iessiadae barbitos aurea
Bethlehhmi sonuit iugis, 5
Permulcens numeris pectora dulcibus, [...]

In Ionam prophetam hymnus ex voto

Dulcius si quid lyra sacra, si quid
Et potes magnum, et cecinisse gratum,
Excipe argutis socianda vati
Carmina nervis. [...] 4

In Michaeam prophetam carmen ex voto

Huc omnes numeros vertite carminum, 10
Quidquid mens valeat dicere vel pium,
Vel vox eximium, vel citharae sequi,
Contentis fidibus cantus et aurea
Alternis pariter templa sonent choris;
Et quae nos humilis munere barbiti
Conamur tenues magna novis modis. 15

5. Arias (1571b, pp. 433, 518, 590, 980), cuius libri carmina Marín (2001) ceteris editionibus collatis disco compacto edidit; Marín (1998, pp. 1017-1027).

In Malachiae vatis finem hymnus ex voto

Ore nunc culto magis et canoro 5
 Dicere, et blanda fide personare
 Poscimus, qualem Iesides solebat
 Tendere flavus.

Scilicet cum ipse non musicus sed poeta fuerit, plerosque eius versus nec unquam cantatos nec chordarum sonis aptatos esse facile credendum est. Hexametris enim laudatos *Rhetoricorum* libros quattuor atque distichis elegiacis epigrammata scripsit ad illustrandas praesertim imagines a Philippo Galileo excusas, quales *Virorum doctorum de disciplinis benemerentium effigies XLIIII* (Antuerpiae, 1572). Quos inter viros Dantem et Petrarcham poetas, atque Georgium Macropedium Batavum, qui ex sacrorum librorum argumentis fabulas scaenicas scripserit, qui pios cantus musicis notis discipulis composuisset eosdemque musicam artem docuisset, et qui ipse organa musica confecisset, his versibus laudavit (Arias 2005, pp. 150-151, 231 et 301-302): *Idem animi numerosque potes cecinisse, Georgi, / Strinxisse in numeros carminis inque notas.*

Baeticus vates Antuerpiae diebus festis psalmos canendo recreabatur, quos e lingua Hebraica in Latinum carmen conversos (Gaertner 1956, pp. 271-305) et commentatos anno 1573 Petro Veleio Guevarae carmine⁶ dicavit:

Vel canto quae David sacratis
 Exposuit meditata verbis.
 Vel quae supernae Fons sapientiae
 Genti probavit promere simplici, 130
 Haec ipse deducens fideli
 Continuo exhibeoque filo.

Montanus ab oda Horatiana vicesima octava ex libro tertio plura mutatus Davidem, quem prae ceteris prophetis sacrisque poetis secutus est, tamquam Orpheum feras mulcentem in eodem carmine describit: *Illis carminibus ferae / victae vel fugiunt, vel pecori vago / parcunt.*

Iohannes Antonius Viperanus ecloga ipsum vatem Montanum laudavit, quippe qui carmine quercus agere et tigres mulcere, atque argutu cantu flumina consistere posset (Picklesimer 2006, pp. 887-898).

Horatius haudnumquam cecinit postquam spiritus vini alienaverat mentem (*carm.* 3,19 et *imprimis* 3,28). Montanus autem Spiritum Sanc-

6. Arias (1573, ad finem ante indicem); Pozuelo (2011, p. 39).

tum, quem constaret multo tempore ad homines pios iuvandos, oblectandos, et excitandos cantibus usum esse, voce et lyra festis diebus canens suis versibus nonnumquam vocat, ut mentem suam rapiat et veros Scripturae sensus aperiat (Arias 1573, p. 17; Charlo 1996, pp. 425-434):

De psalmodum studio atque usu, ad lyram

Festis quid mediter pius
 Divini vel agam tempora post sacri?
 O, me quae teneris soles
 Delectare modis, barbyte, cur diu
 Laxis artubus horrida 5
 Et suspensa taces? desere ferreos
 Uncos, excute pulverem, ac
 Nervos imparium turbine clavium
 Contentos anima in sonum;
 Et gratam superis laetitiam move 10
 Mecum. Si libet ordinem
 Exercere novum, carmina concines,
 Olim quae veniens polo
 Dictabat facili numine Spiritus,

Cum iam vetustissimi auctores Graeci harmoniam in ordinem redigere posse inconcinnos ac perturbatos animi motus asseruissent, atque David et Orpheus aliique musici dicerentur cantu fidibusque animos movisse (Vetter 1930, pp. 840-841), Montanus in eodem carmine cantum musicamque animos mulcere et mitigare atque homines iuvare memoravit (Arias 1573, pp. 18-22):

Donec vox pueri modis 45
 Intermissa suis sisteret ac sonos
 Plectro sollicito exciti
 Nervi continuis ictibus ederent. [...]
 Idem terrigenum pios
 Permulcens animos afficit et trahit;
 Et mortalia spernere, 75
 Atque optare decus perpetuum monet.[...]
 Et fomenta malis vulneribus parent. 110
 Hoc cantu rabidus furor,
 Hoc cantu residet victa superbia. [...]
 Segnis Desidia et gravi
 Somno mersa hominum viscera deserit,
 Conceditque bonis locum 125
 Curis et studiis. Denique cantibus
 Illis cuncta vel abstinent
 Vel parcunt vitia impellere turpibus

Humanos animos dolis. [...]	
Quid mirum? Tremet hos modos	135
Ac audire fugit, nec patitur ferox	
Atri rex Erebi, genus	
Qui mortale malis fraudibus impulit. [...]	
Haec nos carmina, barbyte,	
Romanis cupimus legibus ac modis	
Sensu aptare tamen suo,	
Auctorem et veterem fallere nescio.	
Ergo tu numeros comes	155
Ac voces fidibus funde loquacibus.	

Etiam in carmine in Davidis cithara et voce canentis effigiem⁷ scripserat diabolus psalmis depelli posse:

<i>In Davidis effigiem</i>	
Idem efficacis munere barbyti	25
Victura dixit carmina, quae Draco	
Antiquus audire obtupescat,	
Quaeque probet Deus et secundet.	

Davidis psalmi erant carminum genera eadem ac Graecorum Romanorumque vatium hymni, odae aliaque carmina, et similibus tonis seu modis erant decantandi. Cum ipse psalter cithara luderet, psalmi etiam ad lyrae sonos aptari poterant, quod satis patet ex his versibus quibus Montanus in memorato carmine elegiaco vatem Davidem atque musicos Hebraeos adloquitur:

Haec ego ut excipiam melius collata, profani	15
Vulgi conspectus et populum fugio.[...]	
Flumine quo sitiens, largo quo fonte bibebas,	33
Ut flueres pura voce canorus olor? [...]	
Num te et aquis aestate amplis recreavit Iarden,	
Et lacus, a cithara cui bene nomen inest? [...]	40
Vos etiam Coreh pueri lectissima proles,	
Quis dedit arcano concinere ore Deus,	90
Inter vestra lyram ne spernite et organa nostram,	
Quae cupit in vestros grata venire sinus.	
Haec postrema strepet, sensu tamen apta fideli,	
Attendens vestras excipiensque notas.	

7. Arias (1571a, carmen tricolon tetrastrophon XXIII).

Praeterea lyra erat instrumentum haud magni pretii et immo in summos montes gestabile, in carmine elegiaco ad vatem Davidem laudatum, quo ipse modulata voce cantans sicut alii clerici et litterarum cultores ad privatam vitam contemplativam lusit. Etiam in amicorum coetibus lyra et cantu modulatus est Montanus. Nam Franciscus Pacciecus, qui etiam psalmodorum paraphrases scripserat (Pozuelo 2008, pp. 5-29), anno 1573 eum desiderabat in Rupe Aracensi coram amicis lyrae fila mirifice moventem, atque eius versus sacros et psalmodorum paraphrases Latinas metris lyricis conditas voce modulata canentem (Pozuelo 1993, pp. 176 et 190-192):

Quid si etiam sanctae ille tuus pius incola Rupis
 Accedat merita velatus tempora lauru, 230
 Fila canora movens, reflua quibus accinit unda
 Iordanes plauduntque choros per litora Nymphae
 Nazarides curvatque modis iuga rosibus Hermon?
 Cum sua divini mirantur carmina vates
 Ausonia numerosa lyra, et Iesseius heros 235
 Dulcia Pindaricis mutat psalteria plectris.[...]
 Et canet *Humanae Monumenta aeterna Salutis*.

Cum vero in Hispaniam reversus Petrum Mudarram pia carmina canentem tres tantum horas videret et audiret, admiratione ita obstupuit ut si angelum sacra canentem vidisset, atque sui anima et sensus adeo affecti sunt, ut citharoedi fortiter desiderans hoc carmen conscriberet:

Benedicti Ariae Montani ad D. Petrum Mudarram
 Nil nisi castae pietatis atque
 Clara virtutis monumenta et artis
 Quae probant puros animos, decora
 Voce sonabas. [...] 20
 Nuper istius solidum feracis
 Ingeni ut vidi tenuique fructum,
 Gratiae blandis fidibus fluentem 35
 Carminis oden!⁸

Montanus Petro Mudarrae a pueritia in secessu natale carmina pia colenti commentarium in psalmum XXII anno 1597 dicavit, ut Davidis

8. Carmen apud nationis Hispanae bibliothecam in codice manu scripto 155, ff. 131-132 servatur. In versu 18 *Clara* (cf. MANIL. *astr.* 5,253) post correctionem et [C]lara, non *Cara* ad marginem lego. In verbis *Ariae, castae, Gratiae* scripsi /ae/ pro /oe/ vel pro /œ/; admirationis notam addidi. Praeterea in fine versus 34 signum interpunctionis addidi, atque in hoc carmine sicut in ceteris locis vocalem /u/ et consonantem /v/ distinxi.

modos et numeros caneret (Arias 1605, p. 232; 1999, t. I, pp. 86-87 et t. II, p. 80-83).

In commentariis in Davidis XXXI psalmos priores musicae modos haudnumquam explicavit, videlicet referens psalmum quartum esse carminis genus supremis tonis et vocibus atque harpae fidibus decantandum; psalmum quintum, summa voce et postrema parte per alternos choros concinendum; psalmum octavum sublimi voce cantandum. Psalmum septimum, qui numeris ad querimoniam concinnatis constet, genus habuit elegiacis carminibus valde simile, cum antiqui Romani et elegos modulata voce cecinissent (Zaminer 2006, pp. 345-346; *Cic. leg.* 2,38; *Gel.* 19,9,4). Psalmum autem undecimum –cuius commentarium anno 1597 Francisco Paccieco canonico Hispalensi dicavit– scripsit esse sublimium ac praestantissimorum cantandi modorum genus, quo vocum soni egregia concinrentur ratione, atque auditorum sensum vi multa pulsarent; instrumento non septem tantum chordas, sicut in plerisque carminibus, sed octavam etiam, vehementius ad aures pervenientem, convenire propter canendae sententiae dignitatem et clamoris gravitatem. Plura vero docuit dum psalmum sextum commentabat (Arias 1605, pp. 15-49):

Ex antiquis carminibus quaedam humana tantum voce canebantur, alia praeter vocem, musicorum instrumentorum comitem exigebant sonum. Instrumentorum variae fuere formae, vel chordarum numeris et ordinibus distinctae, vel alias diversae suisque discretae nominibus. Nec vero omnia carminum genera omnibus instrumentis promiscue conveniunt: quaedam ad tybiam, quaedam ad lyram, quaedam ad cytharam, pro argumenti, pro dictionis, pro modi ratione et usu comparanda; siquidem acria acriter, mollius alia cantanda, singulaque suis aptanda instrumentum formis ac modis. Carmen hoc a gemente, dolente, interdum suspiria, saepe clamorem ciente pectore et animo profectum est; sublimi voce et acri instrumento dignum inscriptio ipsa docet. Inter acria vero instrumenta octochordon ac decachordon censentur. Hoc semel hic adnotatum, in similibus deinceps titulis usurpandum.

Montanus putabat ad laborum levamen, ad maestitiae solamen et ad vitae instruendae commoditatem nihil pueris aptius atque utilius esse quam cantus quos facillime discunt, dummodo fuerint honesti et Deum imprimis atque pios viros laudarent (Arias 1601, p. 484; Arias 2002, pp. 613-614). Atque ut Latinitatis magistri vice ethnicorum poematum discipulis Montaniana carmina praelegerent, et ea puerorum manibus gestari, imitari, recitari et immo fortasse cantari possent, eius discipulus Petrus Valentiae anno 1589 minore et vilioris pretii volumine iterum edenda curavit una cum odis et epigrammatis aliquot non antea editis (Arias 1589).

Montanus, quippe qui religioso ac pio homine musicam semper iudicaret dignissimam, pro viribus canens et chordas movens senectutis

molestias levabat (Arias 1593, pp. 256 et 15), quod ipse Flaccus sibi optaverat (HOR. *carm.* 1,31,19-20):

Ad Iesum Nazarenum salutatio et acclamatio

Quid nos ingenio tam sterili, et nimis 25
 Deducto ac tenui carmine possumus
 Istis exiguae ponere laudibus
 Vocis et strepitu lyrae?
 At si te sileam sic mihi conscius
 Quem iam quidve senex, quod deceat canam? 30
 In cuius vadis una laboribus
 Solamen cithara extitit.

Festorum dierum otium carminibus piis dicandum statuit

Haec Deus nostram requie senectam
 Allevans donet canere, et parentum
 Ludere exemplis memoranda plures
 Carmina in annos. 20
 Iam lyrae intentus tenuisque plectro
 dicar insanus, nihil hoc moramur,
 Si modo nostri placeat Parenti in-
 sania lusus.

Aequali et in Academia Complutensi condiscipulo Gabrieli Sayae, quem anno 1592 pudebat veteris amiculi adhuc carmina condentis atque voce canora et fidibus sonoris ludentis, Montanus invicem eius regiis negotiis obruti misertus persuadebat ut, relictis curis, maestitie et taediis, quamquam senex citharae modos a se disceret, atque ambo die et nocte voce et concordibus nervis Iesum ad ultimum usque vitae diem canerent (Arias 1593, pp. 250-255; Pérez 1988-89, pp. 317-334):

*Tempus omne Iesu laudibus impensum perpetuo iucundum
 et gratum fore. Ad Gabrielem Sayam*

Et miraris amiculum
 Praecani capitis ac tremulae prope
 Vocis me pueris parem 5
 Et plectro et teneris ludere versibus. [...]
 Haec nostrae citharae ac lyrae 95
 Praeferre ac levibus versibus audeas? [...]
 Ac dulces citharae modos,
 Quanquam, disce, senex: Nulla, volentibus, 130
 Aetas, discere quod decet,
 Importuna piis serave creditur.
 Quoque ambo pariter sono
 Concordique lyra, Saya, valebimus,

Me quanquam strepere anserem	135
Contingat, melius te canere et cygnis:	
Hanc vocem dare, quem canes,	
Aequalemque choros Angelicos potest.[...]	
Hunc et nocte canentibus	155
Nobis, huncque die vesperis ad iubar,	
Quae confert requiemque piis,	
Cum, suprema, volet, tunc veniat dies.	

Eodem anno 1592 Montanus ineunte aestate commentarium in psalmum quintum Gabrieli dicavit, qui tamen aegrotus hieme in lecto cubabat et testamentum fecit, atque proxima aestate vita decessit. Benedictus autem, cum post quinque annos mortem obiit, citharam ei dilectissimam Hispali servabat⁹.

OPERA ADHIBITA

- ARIAS MONTANUS, B. (1569): *Rhetoricorum libri IIII*, Antuerpiae.
 — (1571a): *Humanae salutis monumenta... studio constructa et decantata*, Antuerpiae.
 — (1571b): *Commentaria in duodecim prophetas*, Antuerpiae.
 — (1571c): *Liber Ioseph sive de arcano sermone*, Antuerpiae.
 — (1573): *Davidis regis ac prophetae aliorumque sacrorum vatium psalmi*, Antuerpiae.
 — (1589): *Poemata in quattuor tomos distincta*, Antuerpiae.
 — (1593): *Hymni et secula*, Antuerpiae.
 — (1601): *Naturae historia*, Antuerpiae.
 — (1605): *In XXXI Davidis psalmos priores commentaria*, Antuerpiae.
 — (1862): *Correspondencia... con Felipe II, el secretario Zayas y otros sugetos, desde 1568 hasta 1580*, apud *Colección de documentos inéditos para la historia de España*, Madrid, t. XLI, pp. 127-418.
 — (1999): *Comentarios a los treinta y un primeros salmos de David*, M. A. Sánchez Manzano (ed.), León.
 — (2002): *Historia de la naturaleza*, F. Navarro Antolín (ed.), Huelva.
 — (2005): *Cuarenta y cuatro retratos de sabios beneméritos en las artes liberales*, L. Ludovico Gómez Canseco–F. Navarro Antolín (eds.), Huelva.
 — (2006): *Libro de José o sobre el lenguaje arcano*, L. Gómez Canseco–F. Navarro Antolín–B. Macías Rosendo (ed.), Huelva.
 CHARLO BREA, L. (1996): “El poema *De psalmorum studio atque usu* de Benito Arias Montano”, apud E. Sánchez Salor et al. (eds.), *La recepción de las Artes Clásicas en el siglo XVI*, Cáceres, pp. 425-434.

9. Gil (1998, pp. 65-66 et 342), ubi cithara appellatur Hispanice *harpa*, quod verbum apud Venantium Fortunatum pro psalterio primum legitur. Instrumentum vero *vihuela* Hispanice dictum, plerumque lyra vocabatur, quem usum hoc in scripto secutus sum.

- (2002): “Calímaco, Propercio, Montano”, apud A. M. Aldama et al. (eds.), *Nova et vetera: Nuevos horizontes de la Filología Latina*, Madrid, vol. II, p. 671-686.
- CUEVAS, CH. (1972): *La prosa métrica. Teoría*, Granada.
- (1982): *Fray Luis de León y la escuela salmantina*, Madrid.
- FUENLLANA, M. A. (1554): *Libro de música para vihuela, intitulado Orphenica lyra*, Sevilla.
- GAERTNER, I. A. (1956): “Latin Verse Translations of the Psalms 1500-1620”, *HTR* XLIX.4, pp. 271-305.
- GIL, I. (1998): *Arias Montano en su entorno [bienes y herederos]*, Badajoz.
- GÓMEZ CANSECO, L.—NÚÑEZ RIVERA, V. (2001): *Arias Montano y el Cantar de los Cantares: Estudio y edición de la Paráfrasis en modo pastoril*, Kassel.
- GRIFFITHS, I. (2000): “Alonso de Mudarra”, *Diccionario de la música española e hispanoamericana*, Madrid, vol. VII, pp. 855-858.
- (2001): “Alonso de Mudarra”, apud *The New Grove Dictionary of Music and Musicians*, Oxford², vol. 17, p. 357.
- (2003): “Luis Milán, Alonso Mudarra y la canción acompañada”, *Edad de Oro* 22, pp. 7-28.
- LASSUS, G. (1989): *Poesía completa*, I. Alcina Rovira (ed.), Madrid.
- MARÍN MELLADO, G. (1998): “La experiencia poética en Arias Montano a la luz de sus *Odae Variæ*”, *RAg* XXXIX.120, pp. 1057-1077.
- (2001): *Las Odae Variæ de Benito Arias Montano: introducción, edición crítica, traducción anotada e índices*, Cádiz.
- MILÁN, L. (1536): *Libro de música de vihuela de mano. Intitulado El Maestro*, Valencia.
- MUDARRA, I. (1546): *Tres libros de música en cifras para vihuela*, Sevilla.
- NARVÁEZ, L. (1538): *Los seys libros del Delphín de música en cifra para tañer vihuela*, Valladolid.
- NAVARRO LÓPEZ, I. L. (1990-91): “La influencia horaciana en Benito Arias Montano: a propósito de la oda VI de los *Humanae Salutis Monumenta*”, *AUCA* 7-8, pp. 439-453.
- (1996): “El poema I de los *Humanae Salutis Monumenta* de Benito Arias Montano”, *REEx* 52.3, pp. 1027-1039.
- NÚÑEZ RIVERA, I. V. (1993): *La versión poética de los Salmos en el Siglo de Oro: vinculaciones con la oda*, apud B. López Bueno (ed.), *La Oda*, Sevilla, pp. 335-382.
- PASCUAL BAREA, I. (1999): “Algunas particularidades de prosodia y métrica latinas del Renacimiento”, *Estudios de métrica latina*, I. Luque Moreno—P. R. Díaz y Díaz (eds.), Granada, pp. 747-766.
- (2006): “Benito Arias Montano y su maestro de poesía Juan de Quirós”, apud I. M. Maestre Maestre et al. (eds.), *Benito Arias Montano y los humanistas de su tiempo*, 2 vols.; Mérida, vol. I, pp. 125-149.
- (2012): “Los primeros poetas laureados por la Universidad Complutense (1552-1554): Benito Arias Montano, Juan de Santacruz Cárcamo y Diego de Guevara”, apud I. Luque et al. (eds.), *Dulces Camenae: Poética y poesía latinas*, Jaén—Granada, pp. 775-803.
- PASTOR, I. I. (2005): *Por ásperos caminos: Nueva música cervantina*, Cuenca.

- PÉREZ CUSTODIO, V. (1988-89): “¿Influencias de Horacio en la obra poética de Arias Montano?: un poema a Gabriel de Zayas”, *AUCa* 5-6, pp. 317-334.
- (1995): *Los Rhetoricorum libri quattuor de Benito Arias Montano. Introducción, edición crítica, traducción y notas*, Badajoz.
- PICKLESIMER, M. L. (2006): “Una égloga de Viperano dedicada a Benito Arias Montano”, apud I. M. Maestre Maestre et al. (eds.), *Benito Arias Montano y los humanistas de su tiempo*, Mérida, vol. 2, pp. 887-898.
- POZUELO CALERO, B. (1993): *El Licenciado Francisco Pacheco: Sermones sobre la instauración de la libertad del espíritu y lírica amorosa. Estudio introductor, edición crítica, traducción, notas e índice de nombres*, Sevilla.
- (2008): “La Paráfrasis latina inédita del salmo 109 (110) del Licenciado Francisco Pacheco y sus objetivos en comparación con las de George Buchanan, Benito Arias Montano y Fray Luis de León”, *NlatJb* 10, pp. 5-39.
- (2011): “La oda de Benito Arias Montano a Pedro Vélez de Guevara o la añoranza de la vida retirada”, *Criticón* 113, pp. 35-62.
- QUIRÓS, I. (2004): *Poesía latina y Cristopatía (La Pasión de Cristo)*, I. Pascual Barea (ed.), Cádiz.
- SCHÄFER, E. (1976): *Deutscher Horaz: Conrad Celtis, Georg Fabricius, Paul Melissus, Jakob Balde. Die Nachwirkung des Horaz in der neulateinischen Dichtung Deutschlands*, Wiesbaden.
- VETTER, W. (1930): “Musik”, apud *RE*, XVI.I, pp. 823-876.
- ZAMINER, F. (2006): “Music”, apud *New Pauly*, Leiden, vol. 9, pp. 326-346.